



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Solutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

vel etiam dispensationem ratione studii? Respondetur, quod sic, stante causa legitima, & quia cessat causa, propter quam fuit dispensatum, & concessa dimissoria, ita Gemin. loco cit. vers. *qua auzero dicatur*, ex mente Glossæ, & Ioan. And. Quæritur secundò, à quo tempore incipit currere septennium, vel quinquennium? Respondetur communiter à die dispensationis. Ratio assignatur à Gloss. & Gemin. loco cit. vers. *in fine Glossæ, quod autem*. Quæritur tertio, an sit necessaria dispensatio non solum ratione studii, sed etiam ratione absentia? Respondetur, quod utraque quando beneficium est in loco studii, puta Neapoli, vel Bononiæ, sed quando dispensatio fit extrà, tunc censetur dispensatum in utroque, hinc malè faciunt, qui habent beneficium in loco ubi viget studium non inserviando Ecclesiæ, saltem quando possunt vacare utrique, Gemin. loc. cit. vers. *Et per rationem Gloss.* Quæritur quartò, ne lapsò septennio habeat annum integrum ad promovendum presbyteratum? Respondetur, quod sic, & sic septennium debet esse utile, Gemin. loco cit. §. *elapso, vers. sic quæro an.*

Ad octavum. Si quando concedendæ essent (loquendo de habentibus Ecclesias parochiales, vel requirentes personalem residentiam, nam de aliis non est opus tanta indagine) his circumstantiis concedendæ sotent. Prima ut personaliter se præsentent coram Ordinario, ut ex aspectu, & brevi examine videât, an in fraudem id petatur. Secunda, ut exponerent conscientiam suam,

ad hoc, ut debeat verè actuque operam dare studio sacrae Theologiæ, vel factorum canonum in famosa universitate, aliàs non faceret fructus suos in absentia; & istæ duæ conditiones deserviunt pro non curatis etiam, & non obligatis ad residentiam. Tertia, ætas, ut dixi superius ad secundum. Quarta, solum ad quinquennium. Quinta, ut interim cura animarum, vel servitium Ecclesiæ per idoneum Vicarium ab Ordinario eligendum bene gubernetur. Hæc sac. Congr. ubi supra.

Ad nonum, vide in ver. privilegium, §. 12. in novis Additionibus.

SOLUTIO.

PRIMò, Clericus an teneatur solvere, si non est solvendo, & ob id carcerali, cedere ve bonis, vide c. Odoardus, de solut.

Secundò, an hoc locum habeat in solutione pensionis, vel in condemnatione per tres sententias conformes, vide Gom. tract. utriusq. signat. fol. 92. col. 1. & Covar. pract. quæst. c. 25. n. 7. ver. 13. §. lib. 2. c. 1. n. 7. par. 2. resol.

Tertio, an hoc habeat locum in pena filci, & actione injuriarum, & debitis creditorum, ipsis in vitis, vide Innoc. in d. c. Odoardus,

Quartò, hoc solum habet locum in Clericis servientibus Ecclesiis, vel in sacris constitutis, Covar. loc. cit. num. 9. vers. sed §. quoad ea, prout dixi in ver. Clericus, §. 2. 3. 4. & 5.